

Card. Ludovici literas raras habet Pontifex.

voribus, & gratis prosequi volentes, & vestrum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore sententes, supplicationibus vestro nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, vobis, ut eandem Gabelam etiam super quolibet armento, & quolibet pecude extero, quae toto anni tempore in planitiebus, & agris Ducatus nostri Ferrariorum non degunt, sed ad hibernandum dumtaxat inibi ducuntur quovisquamque illa sint Domini imponere, illamque sic impostam, libere, & licite, ac impune, & absque aliquo poenarum, vel censurarum ecclesiasticarum incurfu exigere, seu exigi facere, eamque afficere, arrendare, appaltare, & de illa disponere, servata aliis in omnibus, & per omnia Chirographi, & literarum hujusmodi forma, & tenore possitis, & valeatis, apostolica auctoritate tenore presentium facultatem concedimus, & imperpetuum.

Contraria tollit.

§.3. Non obstantibus omnibus illis, quae in dicto Chirographo volumus non obstare, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 25. Januarii 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

XCV.

Revocatio quarumcumque praecedentiarum, seu paternitatum Fratibus Minoribus S. Francisci de Observantia, praeter constitutiones Ordinis auctoritate apostolica confirmatas, concessarum.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Pastoralis officii Nobis divinitus inuncti assidua sollicitudo Nos admonet, ut omni cura, & vigilantia ad ea semper intendamus, per quae regularium personarum, quae relicto saeculo, Dei obsequio sese dedicant, quieti, felicitique statui, ac regularis disciplinae conservacioni consulitur, ut regulares ipsae personae juxta regularia suorum Ordinum instituta tranquillis mentibus gratum Altissimo impendere possint famulatum.

Revocatio, de qua in rubrica.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus, ex nimia privilegiorum, praerogativarum, atque exemptionum Fratibus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia, qui in dicto Ordine aliqua munia obierunt, seu aliis, tam a Sede Apostolica, quam ab eisdem Ordinis superioribus concessarum, multitudine, non levia inconvenientia oriantur, in regularis observantiae, & disciplinae detrimentum. Nos inconvenientibus

hujusmodi, quantum cum Domino possumus obviare cupientes, motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque apostolice potestatis plenitudine, omnes, & singulas Paternitates, & Praecedentias, quibusvis dicti Ordinis Fratibus ex privilegio, tam per Sedem Apostolicam, quam dicti Ordinis superiores ex quacumque causa, & sub quibuscumque verborum tenore, & formis quomodolibet concessas, salvis tamen, & in suo robore remanentibus iis, quae Fratibus praedictis ex dispositione statutorum dicti Ordinis apostolica auctoritate confirmatorum concessa sunt, tenore presentium revocamus, cassamus, & abrogamus, ac revocatas, cassatas, & abrogatas esse, & fore, nec illas de cetero cuiquam suffragari posse.

Clausula sublata.

§.2. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

Clausula derogatoria.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Fides transumptum.

§.4. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Dat. die 3. Februarii 1623. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 3. Februarii 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

XCVI.

Communicatio, & extensio privilegiorum, immunitatum, & exemptionum, gratiarum, indulgentiarum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus quibusvis aliis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, per quoscumque Romanos Pontifices concessorum, & in futurum concedendorum ad Sacrum Ordinem Carthusiensem.

De hoc Ordine, & ejus approbatione vide in Const. LXXXVIII. Alex. III. Cum vos. Tom. II. fol. 446. Et institutionem festivitatis S. Brunonis Confessoris d. Ordinis Institutoris, ac Officii sub ritu semiduplici celebrandi habes hic infra Const. LC. hujus Pontificis.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Aduberes, & suaves fructus, quos dilecti filii Prior generalis, & Monachi Ordinis Carthusiensis in militanti Ecclesia, cujus

Procedimus.

Communicatio de qua in Rubrica.

cujus regimini divina disponente clementia praesidemus, in dies afferunt, mentis nostrae aciem convertentes, ac ubiores ex ipso Ordine fructus proventuros esse sperantes, ad ea merito libenter intendimus, per quae Ordo hujusmodi felicioribus in dies proficere valeat incrementis.

§.1. Ut igitur Prior generalis, & Monachi praedicti eo ferventius in suo laudabili instituto perseverent, quo majoribus se viderint favoribus, & gratiis manitos, providere volentes, ac singulares Prioris generalis, & Monachorum praedictorum personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore sententes; Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque apostolice potestatis plenitudine, Ordini praedicto, illiusque Priori generali, & Monachis, aliisque personis, ut omnibus, & singulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, & indulgentiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, quibusvis aliis, tam Mendicantium, quam non Mendicantium Ordinibus, illorumque Superioribus, Abbatibus, Monachis, aliisque Regularibus personis, necnon Ecclesiis, Monasteriis, & regularibus locis, etiam per viam communicationis, vel extensionis, aut aliis quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam Nos quomodolibet concessis, & in futurum concedendis, & quibus ipsi, nec non Ecclesiae, Monasteria, & regularia loca hujusmodi de jure, usu, consuetudine, privilegio, aut concessione apostolica in genere, vel in specie, ac tam conjunctim, quam divisim, seu alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, dummodo tamen sint in usu, & non sint revocata, aut sub aliquibus revocationibus comprehensa, factisque Canonibus, & Concilii Tridentini decretis, aut Constitutionibus Apostolicis non repugnent, pari modo, non solum ad eorum instar, sed pariformiter, & aequae principaliter, perinde, ac si illis nominatim, & in specie concessa fuissent, uti, frui, & gaudere libere, & licite valeant, apostolica auctoritate, tenore presentium perpetuo concedimus, & indulgemus, dictaque privilegia, immunitates, exemptiones, gratias, & indulta primodicti Ordini, illiusque Priori generali, & Monachis, aliisque personis, necnon eorum Ecclesiis, Monasteriis, & regularibus locis communicamus, illaque ad eos, & illa extendimus.

§.2. Decernentes, praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac primodicti Ordini, illiusque Priori generali, & Monachis, ac personis hujusmodi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Clausula praeservativa hujus Constit.

§.3. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Bull. Rom. Tom. V. Par. II.

Clausula sublata.

§.3. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula derogatoria.

§.4. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar non concedendis, ac quibusvis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis; quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.5. Volumus autem, ut presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides, ubique adhibeatur, quae eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 3. Febr. 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

Dat. die 3. Februarii 1623. An. II.

XCVII.

Jubilaei Concessio Christianis Armeniae, ad quos mittuntur Missionarii Ordinis Praedicatorum.

Ex Regest. in Secret. Brevis.

GREGORIUS PAPA XV.

Universis, & singulis praesentes literas inspecturis salutem, & apostolicam benedictionem.

Pastoris aeterni, qui pro gregis salute in Ara Crucis immolari voluit, vices quamquam immeriti gerentes in Terris, ac inter ceteras gravissimas curas de commissarum Nobis ovium salute assidue cogitantes, ad ea libenter intendimus, per quae eorum pietas, & devotio, animarumque salus majora suscipere valeant incrementa.

Procedimus.

§.1. Cum itaque dilecti filii nonnulli Ordinis fratrum Praedicatorum professores in Armeniam, ad fidem Catholicam propagandam, animarumque Christianissimum illarum partium salutem procurandam jussu nostro propediem, benedicente Domino professuri sint. Nos eorumdem Christianissimum animarum saluti, paterna charitate prospicere cupientes, necnon, ut hac Apostolicae Sedis gratia invitati, Orationibus, Jeuniis, & aliis piis operibus ferventius intenti existant, Caestres Ecclesiae Thesauros, quorum dispensatores a Domino constituti sumus ibi erogandos duximus.

Causae hujusmodi Jubilaei indidendi.

C.

Suppressio curæ Animarum in Parochiali Ecclesia Sancti Pantaleonis de Urbe, & illius applicatio Ecclesie S. Eustachii, ejusque concessio Congregationi Clericorum Regularium pauperum Matris Dei Scholarum Piarum de Urbe.

Usus perpetuum dicta Ecclesia sine tamen Recloris pro tempore existentis præjudicio concesserat Paul. V. Cong. Clericorum. Secularium Matris Dei in uncto onere erudiendi Scholares, ut in Const. 225. Inter. Tom. V. Par. IV. fol. 137. Quæ cum postea renuisset d. opus administrare, ideo idem Paulus erexit aliam Congregationem Clericorum Regularium, cui d. opus commisit, ut in Const. CCLXVIII. Ad ea ibid. fol. 226. quam postea iste Pontifex multis gratis decoravit, ut in Const. XXXVIII. In summo. ibid. fol. 393.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Regimini universalis Ecclesie meritis licet imparibus, disponente Domino, præfidentes, votis illis per quæ Congregationum, & aliorum locorum piorum quorumlibet, præsertim in Alma Urbe nostrastudio piorum operum vacantium prospero statui, & opportune subventioni, cum divini cultus augmento, ac ipsa spirituali fidelium consolatione valeat salubriter provideri, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Narratur reservatio omnium beneficiorum curæ cura, & sine cura vacantium & vacaturæ Sedi Apoll.

§. 1. Dudum siquidem omnia beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura apud Sedem Apostolicam tunc vacantia, & in antea vacatura collationi, & dispositioni nostræ reservavimus, decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus supra his a quocumque, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et ad præfens Ecclesie Sancti Pantaleonis in Regione Parionis de Urbe existentis, vacantis per resignationem a Parochio factam.

§. 2. Cum itaque postmodum perpetua Vicaria Parochialis Ecclesie S. Pantaleonis Regionis Parionis de eadem Urbe, cujus dum pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ ad dilectos filios Capitulum, & Canonicos Ecclesie S. Eustachii de dicta Urbe, cujus mensæ Capitulari ipsa Ecclesia S. Pantaleonis perpetuo unita existit, expectare dignoscitur; per liberam resignationem dilecti filii Alexandri Lutii nuper dictæ Ecclesie S. Pantaleonis perpetui Vicarii, de illa, quam tunc obtinebat, in manibus nostris sponte factam, & per Nos admittam, apud Sedem eandem vacaverit, & vacet ad præfens, nullusque de illa præter Nos hac vice disponere potuit, sive possit, reservatione, & decreto obfistentibus supradictis.

Cujus Ecclesie usum, jam antea concesserat Paul. V. Cler. Regul. Matris Dei

§. 3. Et sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Præpositi generalis, & Clericorum Congreg. Matris Dei nuncupatæ de d. Urbe, petitio continebat, quod d. Ecclesia S. Pantaleonis in regione

Scholarum Piarum in eadem Urbe dudum institutarum, sita sit, proinde quod alias fel. rec. Paulus Papa V. Prædecessor noster Præpositi, & Clericorum hujusmodi, quibus cura, & administratio dictarum Scholarum jam antea ab ipso Prædecessore perpetuo commissa, & demandata fuerat, ac Scholarium eandem scholas frequentantium commodis, & opportunitatibus, quo piis eorum exercitiis facilius vacare possent, providere volens, perpetuum usum ipsius Ecclesie S. Pantaleonis Præposito, & Clericis prædictis concesserit, & assignaverit, prout in suis literis desuper in forma Brevis confectis plenius continetur.

In qua tamen ob curam animarum exercitium varia, & non modica oriuntur impedimenta, præsertim in exercitiis spiritualibus ipsorum Clericorum.

§. 4. Præpositus vero, & Clerici prædicti ipsa Ecclesia S. Pantaleonis ratione curæ animarum, quæ illi incumbit, & ibi exercetur, & prout eorum, & Scholarium prædictorum necessitas exigit, minime uti possint, & ex hujusmodi curæ exercitio varia passim impedimenta, & incommoda, præsertim in exercitiis eorum spiritualibus obeundis, pati, & experiri soleant.

Quæ ut tollatur

§. 5. Si igitur dicta Vicaria, cujus fructus, & proventus in portione sexaginta scutorum monetæ per Capitulum, & Canonicos prædictos annuatim persolvi solita, ultra emolumenta ratione exercitii curæ, & administrationis Sacramentorum provenientia consistunt, perpetuo supprimeretur, & extingueretur, ac ab ipsa Ecclesia S. Pantaleonis omnimoda animarum hujusmodi cura abdicaretur, sicque abdicata ad prædictam Ecclesiam S. Eustachii, quæ etiam Parochialis existit, in ea modo, & forma inferius expressis exercenda, transferretur, alia fierent, quæ sequuntur: procul dubio incommoda, & impedimenta hujusmodi opportuna, & salubri ratione magno Scholarum, & Congregationis prædictarum bono tollerentur, & cura animarum prædictarum nullatenus negligeret, sed æque bene, vel etiam melius, & fructuosius quam antea exerceret, divinæque cultus inde in dicta Ecclesia S. Pantaleonis non modicum augetur.

Dicti Clerici Reg. PP. supplicat pro Parochia suppreffione

§. 6. Quare pro parte Præpositi, & Clericorum prædictorum afferentium fructus, redditus, & proventus d. Vicariæ quinquaginta ducatorum auri de Camera, secundum communem estimationem, valorem annum non excedere. Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus dicta Ecclesia S. Pantaleonis usum eidem Congregationi concedere, & assignare, aliique in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Qui petit annuit;

§. 7. Nos igitur, qui dudum inter alia volumus, quod petentes beneficia ecclesiastica aliis uniri, tenerentur exprimere verum annum valorem, secundum estimationem prædictam, etiam beneficii, cui aliud uniri peteretur, alioquin unio non valeret, & semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, idemque observaretur in quibusvis applicationibus de quibusvis fructibus, & bonis ecclesiasticis, quique divini cultus augmentum

mentum

mentum, & propagat ionem sinceris exoptamus affectibus: ipsi n. Præpositum, ac Congregationis hujusmodi singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliique ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum ferie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; Vicariam prædictam, sive præmissam, sive alio quovis modo, aut ex alterius cujuscumque persone, seu per similem resignationem dicti Alexandri, vel cujusvis alterius de illa in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam, aut constitutionem præ mem. Joannis Pape XXII. etiam Prædecessoris nostri, quæ incipit, *Execrabilis*, vel affectuionem alterius beneficii ecclesiastici, quavis auctoritate collati vacet, etiam si tanto tempore vacaverit, quod illius collatio, juxta Laterani Statuta Concilii, est ad Sedem prædictam devoluta legitime, ipsaque Vicaria dispositioni apostolicæ specialiter, vel aliâ generaliter reservata existat, & super ea inter aliquos litis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendî indecisa, dummodo illius dispositio ad Nos hac vice pertineat, illiusque, ac in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis perpetui Vicarii titulum, & denominationes apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuo supprimimus, & extinguimus.

Cumque ipsam applicat Ecclesie S. Eustachii.

§. 8. Illiusque sic suppressis, & extinctis, ab eadem Ecclesia S. Pantaleonis omnimodam animarum illius Parochianorum curam, aliaque jura, officia, & onera Parochialia universa, & illorum exercitium, etiam perpetuo applicamus, ac illa omnia etiam, una cum utriusque sexus Parochianis prædictis ad dictam Ecclesiam S. Eustachii in ea, ut infra exercenda, & obeunda, similiter perpetuo transferimus.

Et Ecclesiam S. Pantaleonis cum illius redditibus Parochialis Congregationis cedit.

§. 9. Dictam autem Ecclesiam S. Pantaleonis sic ab hujusmodi cura, juribus, officiis, oneribus, & exercitiis parochialibus liberam, & exemptam, illiusque aedes, seu stantias Parochiales pro dicti Vicarii habitatione destinatas, & eidem contiguas, & coherentes, quoad liberum, & perpetuum illarum usum dumtaxat, dictæ Congregationi, ita quod liceat illius Præposito, & Clericis, nunc, & pro tempore existentibus corporalem, realem, & actualem possessionem, quoad usum hujusmodi tantum per se, vel alium, seu alios eorum, seu prædictæ Congregationis nomine propria auctoritate ex nunc apprehendere, & apprehensam perpetuo retinere, Vicarii dicte Urbis, vel alterius cujusvis licentia minime requisita.

Cum facultate ibidem facienda, ac alia omnia secundum eundem Congregat. institutum.

§. 10. Ne non in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis Missas, aliaque divina officia quocumque celebrare, & decantare, ac spiritualia exercitia per Clericos ipsius Congregationis fieri solita similiter facere, & aliâ eidem in divinis ex instituto ejusdem Con-

greg. deservire auctoritate, & tenore præmissis pariter perpetuo concedimus, & assignamus.

Ne non restituerandi, ac etiam de novo a fundamentis construendis.

§. 11. Et insuper pro felici, prosperaque omnium præmissorum executione, directione, & complemento, quod Præpositus, & Clerici dicte Congregationis nunc, & pro tempore existentes, dictam Ecclesiam S. Pantaleonis quancumque, & quotiescumque voluerint, & illis beneficium fuerit pro libera, & absoluta eorum voluntate, & arbitrio instaurare, reparare, accommodare, ampliare, ac in quamcumque aliam formam immutare, & etiam de novo a fundamentis construere libere, & licite valeant.

Cum obligatione solvendi quotannis 20. libras cere, & 12. sc. Ecclesie Sancti Eustachii.

§. 12. In signum tamen recognitionis præsentis concessionis quot annis in perpetuum Capitulo, & Canonicis prædictis in die festo S. Eustachii viginti libras cere Venetæ, & duodecim scuta monetæ solvere.

Provisio circa curam animarum exercitii Capituli, & Canonici S. Eustachii demandat.

§. 13. Vicarius autem perpetuus dicte Ecclesie S. Eustachii nunc, & pro tempore existens, curam animarum dictorum Parochianorum, officiaque, & onera sic translata exercere, & obire; Capitulum vero, & Canonici prædicti illi de coadjutore idoneo, & ad eam animarum exercendam ab ipso Urbis præfate Vicario examinato, & approbato, qui ad nutum eorumdem Capituli, & Canonorum ammovibilis sit, ipsumque Vicarium perpetuum Ecclesie Sancti Eustachii in exercitio curæ animarum illi incumbentis, & præsertim in casibus animas Parochianorum infra limites, ubi de præfenti Parochia Sancti Pantaleonis dicte Ecclesie existit pro tempore habitantium concernentibus, coadjuret, providere teneantur.

Calices, & alia suppellectilia Sacristie S. Pantaleonis reservantur Capitulo, & Canonicis S. Eustachii.

§. 14. Omniaque paramenta, calices, & alia suppellectilia ad Sacristiam ejusdem Ecclesie S. Pantaleonis pertinentia Capitulo, & Canonicis cedere, & eidem post dicti Alexandri ab ipsa Ecclesia Sancti Pantaleonis discessum consignare, ac prædicta portio annua sexaginta scutorum monetæ Vicario perpetuo dicte Ecclesie S. Pantaleonis, ut præfertur solvi, & omnes alie expensæ per dictos Capitulum, & Canonicos in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis quomodocumque fieri solite penitus, & omnino cessare, illaque ad liberam dispositionem eorumdem Capituli, & Canonorum, tamquam proprii, & peculiare eorum redditus remanere debeant.

Canonicis, ut possint Clericorum officis interesse, & assistere facultas tribuatur.

§. 15. Et quotiescumque Capitulum, & Canonici prædicti in die festo ipsius S. Pantaleonis, primis Vesperis, & Missæ solemnibus in dicta Ecclesia S. Pantaleonis decantandis, ut illis mos est; intervenerint, Clerici dicte Congregationis pro tempore existentes illos honorifice recipere, & tamquam Dominos recognoscere teneantur.

Jurisdiccionem & dominium d. Ecclesie S. Pantaleonis cum suis juribus.

§. 16. Præterea dominium, & jurisdictionem dicte Ecclesie Sancti Pantaleonis ad præfens dicti Capitulum, & Canonicis habent eidem Capitulo, & Canonicis, etiam una cum omnibus redditibus, proventus, & emolumentis, quæ dictus Alexander in

Concessio indulgentiarum cum praescriptione operum &c.

§.2. Itaque de Omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Deus Nobis (licet indignis) contulit, omnibus, & singulis utriusque sexus Christianis fidelibus earumdem Armeniae partium, qui tribus diebus, prima, vel secunda hebdomada post praesentium notitiam, jejunaverint, & expleto Jejunio hujusmodi, praevia Sacramentali Confessione Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumserint, & pauperibus aliquam elemosynam eorum arbitrio erogaverint, nec non die, de quo a dictis Religiosis moniti fuerint, Ecclesiam, seu Ecclesias ad hoc ab Ordinariis locorum designan. devote visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, haereseum extirpatione, ac Sanctae Matris Ecclesiae exaltatione, pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum remissionem sicut in Anno Jubilaei visitan. certas Ecclesias intra, & extra Urbem concedi consuevit, misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Confessarii concessa facultates.

§.3. Ut autem iidem Christiani praemissa peragentes hujus pretiosissimi Theauri participes fieri facilius possint, Religiosis praedictis, & aliis Sacerdotibus Catholicis, & in Communione S. R. E. viventibus, dummodo sint ab Ordinariis approbati, quod ad hunc effectum dumtaxat Christianis fidelibus hujusmodi confessionibus diligenter auditis, illos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis causa latis, vel inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolicae, etiam per literas die Coenae Domini legi consuetas, atque alias quascumque Rom. Pont. Praedecessorum nostrorum Constitutionibus, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus quomodocumque reservatis, in foro conscientiae, & hac vice dumtaxat, absolvere, & liberare. Et insuper vota quaecumque [castritatis, & Religionis exceptis] in alia pia, & salutaria opera, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supra dictis omnibus casibus, poenitentia salutari, & aliis injungendis, commutare libere, & licite valeant licentiam, & facultatem tribuimus, & impertimur.

Reservatio nonnullarum facultatum.

§.4. Non intendimus autem praesentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quocumque modo contra praesentia dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiae: Neque etiam iis, qui a Nobis, & Sede Apostolica, vel ab aliquo Praelato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, vel interdicti, seu aliis in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, vel qui ob violationem interdicti ecclesiastici quovis modo

factam, in excommunicationis, vel alias censuras ecclesiasticas inciderint, nisi infra tempus celebrationis hujus Jubilaei satisfecerint, ac mandatis Ecclesiae paruerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

§.5. Quapropter tenore praesentium in virtute sanctae obedientiae districte praecipimus, & mandamus omnibus, & singulis Religiosis praedictis, atque aliis, ad quos spectat de Ordinarii loci licentia, ut praesentium literarum transumpta per loca, ubi necesse fuerit, publicent, & publicari permittant, & illas publicari curantibus faveant, ac in Domino suffragentur.

Justo praesentibus publicandi.

§.6. Non obstantibus nostra de non conceden. Indulgentiis ad instar, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolventi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilaei Indulgentiarum, & facultatum concessiones, nisi de illis expressa mentio, & specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Derogatio contrarium.

§.7. Volumus autem, ut praemissa adimplentes semel tantum hujusmodi Indulgentiam, & peccatorum remissionem consequantur, utque etiam praesentium transumptis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem, ubique fides habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 4. Februarii 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

Dat. die 4. Febr. 1623. An. II.

XC VIII.

Confraternitatem SS. Benedicti, & Scholasticae a Paulo V. erectam, erigit in Archiconfraternitatem cum facultate alias Confraternitates aggregandi, illisque Indulgentias, & gratias spirituales communicandi.

Erectionem hujus Confraternitatis factam per Paul. V. habes in Const. CCLIV. Patris. Tom. V. Par. IV. fol. 197.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Plas Christianis fidelium Confraternitates, ad pietatis, & christianae charitatis opera exercenda, praesertim in Alma Urbe nostra, canonice institutas, ut in eorumdem piorum operum exercitio magis accendantur, & confoveantur, titulis, & gratiis amplioribus libenter decoramus, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Procuramus.

§.1. Cum itaque, sicut accepimus alias in Ecclesia Sancti Eustachii de Urbe, una

Confraternitas a Paul. V. erectam.

Hic Pont. in Archiconfraternitatem erigit.

pliatrisque sexus Christianis Confraternitas sub S. Benedicti, & S. Scholasticae invocationibus per fel. rec. Paulum Papam Quintum Praedecessorem nostrum, apostolica auctoritate erecta, & instituta fuerit, ac dilecti filii illius Officiales, & Confratres in quamplurimis pietatis, & caritatis operibus sese exercere consueverint, & in dies magis Deo dante exercere intendant.

§.2. Nos Confraternitatem praedictam, quo majora in dies suscipere valeat incrementa, hoc speciali dono illustrare, ac Officiales, & Confratres praedictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existant, ad effectum praesentium, dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Confraternitatem praedictam sic, ut praesertur, erectam, & institutam, in Archiconfraternitatem (sine tamen cujusquam praedictio) apostolica auctoritate, tenore praesentium erigimus, & instituis, ac in posterum Archiconfraternitatem S. Benedicti, & Sanctae Scholasticae nuncupari posse decernimus.

Cum facultate alias Confraternitates aggregandi, ac indulgentias & gratias spirituales illis communicandi.

§.3. Praeterea Officialibus, & Confratribus praedictis nunc, & pro tempore existentibus, ut quascumque alias Confraternitates ejusdem denominationis, & instituti canonice erectas aggregare, illisque omnes, & singulas Indulgentias, ac gratias spirituales, eorum Archiconfraternitati hujusmodi dicta apostolica auctoritate concessas, servata tamen forma Constitutionis pia. mem. Clem. Papae VIII. Praedecessoris nostri desuper editae, ac sine cujusquam pariter praedictio, communicare, libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore praesentium facultatem concedimus, & impartimur.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 4. Febr. 1623. An. II.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris die 4. Febr. 1623. Pontificatus Nostri Anno II.

Institutio festivitatis S. Brunonis Confessoris Fundatoris Ord. Carthusianorum sub semiduplici ritu, die 6. Octobris ubique terrarum celebrande, & in Breviario Missali, & Calendaris imposterum imprimendis apponende.

De hujus Ordinis approbatione, & aliis eum concernentibus vide Const. LXXXVIII. Alexandri III. Cum vos Tom. II. fol. 446.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Domini nostri Jesu Christi, qui servos suos aeterna gloriae premio donat in Coelis, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, ex injuncto Nobis pastoralis officii debito procurare tenemur, ut eorumdem servorum Christi debita veneratio in dies magis promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis: Quamobrem fidelium quorumlibet, praesertim vero sub suavi Religionis jugo Altissimo famulantium votis, quae peculiarem Sanctorum hujusmodi cultum, & venerationem respiciunt, libenter annuimus, prout conspiciamus, in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Supplicationibus itaque dilecti filii Bernardi Gazzi Ordinis Carthusien. Procuratoris generalis Nobis humiliter porrectis inclinati. De Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus Praepositorum consilio: Quod de cetero perpetuis futuris temporibus festum S. Brunonis eiusdem Ordinis Fundatoris die 6. Octobris, qua in caelum evolavit, in Missali, & Breviario Romano reponi, Officiumque de eo semiduplex ab omnibus ubique fidelibus recitari libere, & licite possit, & valeat, apostolica auctoritate, tenore praesentium concedimus, & indulgemus.

Institutio festivitatis Sancti Brunonis die 6. Octobris celebrande, sub ritu semiduplex.

§.2. Quo circa Ven. Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ceterisque Ecclesiarum Praelatis in universo terrarum orbe constitutis praecipimus, & mandamus, ut in suis quibusque Ecclesiis, Provinciis, & Dioc. praesentes literas solemniter publicari, & ab omnibus ecclesiasticis personis secularibus, & quorumvis Ordinum regulis omnino observari faciant.

Deputatio Equorum.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Derogatio contrarium.

§.4. Volumus autem, ut praesentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis, eadem pro rursus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Transumptorum fides.

Datum Romae apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 17. Febr. 1623. Pontificatus Nostri Anno III.

Dat. die 17. Febr. 1623. An. III.

1623. bus ipse Canonicis reservatur.

ca tamquam perpetuus Vicarius ipsius Ecclesie S. Pantaleonis percipit, & aliis juribus quibuscumque presentibus, & futuris que ad ipsos Capitulum, & Canonicos expectant firme, & continue remanere censeantur.

Ecclesia si de novo edificabitur, quomodo debeat fieri

§.17. Et si dictam Ecclesiam S. Pantaleonis in toto, vel parte fabricare contigerit, etiam si facies ejus non immutetur, in ea tamen insignia, & arma S. Eustachii in lapide marmoreo collocari.

§.18. Et Reliquie, que de presenti in dicta Ecclesia S. Pantaleonis reperiuntur, apud eandem de cetero remanere, & in ea bene, & decenter sub duabus clavibus, quarum unam Clerici dictae Congregationis, alteram vero Capitulum, & Canonici predicti habeant, custodire, & asservare, piave, & devota consuetudo prebendi aquam bibendam, in quam Reliquie ejusdem Sancti Pantaleonis hucusque recepta, etiam imposterum in eandem retineri, & servari.

Expensa vero pro consecratione dictae Ecclesie ad d. Clericos omnimode pertinere declarat.

§.19. Omnes vero, & singulae expensae, quas, tam in aptando dictam Ecclesiam Sancti Pantaleonis, quam in tectorum, murorum, statutorum, elatere, & silice pavimentorum manutentione, & aliis circa dictam Ecclesiam S. Pantaleonis, fieri contigerit, ad dictam Congregationem in omnibus, & per omnia pertinere debeant, illiusque Praepositi, & Clerici nunc, & pro tempore existentes, neque ob id, neque ex causa contributionis, vel quarumcumque aliarum impensarum, quas in paramentis, platenis, calcibus, linteamentis, cera, oleo, & quibusvis aliis rebus pro usu, & servitio d. Ecclesie S. Pantaleonis necessariis, & decentibus subire opus fuerit, aliquid a Capitulo, & Canonicis predictis pretendere.

Cum prohibitione situm, aut Cappella alicui quomodolibet concedi sine dictorum Canoniceorum consensu.

§.20. Minusque cuiquam ullum situm, aut locum quantumvis minimum ejusdem Ecclesie S. Pantaleonis, aut Cappellas, vel Altaria in illa existentia Confraternitatibus, seu Congregationibus, aut quibuscumque aliis sine dictorum Capituli, & Canoniceorum licentia concedere, nec quidquam aliud, quod ullo umquam tempore jurisdictioni, & directo dominio Capituli, & Canoniceorum predictorum, directe, vel indirecte prejudicare, vel obesse possit, facere queant, & si quid tale fecerint, id nullum, & invalidum esse censeatur eo ipso, dictique Capitulum, & Canonici illud propria auctoritate revocare possint, & Cappellae, que in ipsa Ecclesia S. Pantaleonis fundatae reperiuntur, si sint de jure patronatus, si non sint, in primis earum juribus remanere, & dispositioni Ordinariae subjacere.

Sepulturae, & sepeliendorum modus, & jus decernit.

§.21. Eisdemque Capitulo, & Canonice jus sepeliendi mortuos in dicta Ecclesia S. Pantaleonis competere debeat, dicta vero Congregatio, illiusque Praepositi, & Clerici pro tempore existentes ibidem suas sepulturas habere, in eisque corpora, tam suorum pro tempore defunctorum, quam aliorum, quibus ex particulari devotione condi voluerint, sepelchra facere, &

lapides cum inscriptionibus hujusmodi tantum super imponere valeant, & similiter, qui jus sepulturarum in dicta Ecclesia Sancti Pantaleonis habent, illud eis reservatum, & salvum esse censeatur.

§.22. Et si Congregatio, illiusque Praepositi, & Clerici praefati a dicta Ecclesia Sancti Pantaleonis recesserint, illaque ex quacumque causa reliquerint, tunc, & eo casu, illa etiam quoad usum etiam una cum omnibus fabricis, & structuris, ac ornamentis in ea factis mensae Capitulari praefatae, ut prius, unita, & incorporata sit, & esse censeatur; ac Congregatio, illiusque Praepositi, & Clerici praefati ratione illorum quidquam pretendere, vel petere non possint, itidem perpetuo statuimus, & ordinamus.

Clausulae praeservative hujus Constit.

§.23. Decernentes, praesentes literas sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque praefatam sub quibuscumque verborum expressionibus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore quomodolibet factis, comprehendere, vel confundi, sed semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data, per Praepositi, & Clericos dictae Congregationis pro tempore existentes, quancumque eligenda, concessa esse, & fore, eisdemque perpetuo suffragari.

Decretum irritans.

§.24. Sicque per quoscumque Judices Ordinarios, & delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolice Auditorum, ac S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictaque Sedis Nuncios judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid fecerit super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§.25. Non obstantibus Lateranen. Concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a Jure permisis, fieri prohibentis, aliisque quibusvis Apostolicis, nec non in synodalibus, provincialibusque, & universalibus Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon, si in aliquo obstitent, Vicariae perpetuae per praesentes suppressae, & extinctae erectione, & institutione, alias per recolendam mem. Pium Papam V. similiter Praedecessorem nostrum Motu proprio factis, ac dictae Ecclesiae Sancti Pantaleonis fundatione, & dotatione, illiusque, ac dictae Ecclesiae S. Eustachii juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio Penalis.

§.26. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abolitionis,

1623.

tionis, suppressionis, extinctionis, abdicationis, translationis, concessionis, assignationis, statuti, ordinationis, decretorum, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum.

Dat. die 23. Febr. 1623. An. II.

Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexagesimo secundo, septimo Kal. Martii Pontificatus Nostri Anno III.

Concessio usus perpetui dictae Ecclesiae facta per Paulum V. Congregationi Clericorum Secularium B. Mariae.

PAULUS PAPA V.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Christifidelium quorumlibet praesertim sub suavi Religionis jago Altissimo famulantium votis, quae ad promovendam, excitandamque eorum, & aliorum fidelium devotionem pertinere dignoscuntur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

De mandavit curam dictorum Scholarum Congregationis Matris Dei.

§.1. Cum itaque Nos nuper curam, regimen, & administrationem in Urbe erectarum Piarum Scholarum dilectis filiis Praeposito, & Clericis Congregationis Matris Dei nuncupatae, apostolica auctoritate perpetuo commiserimus, & demandaverimus, prout in nostris inde confectis in simili forma Brevis literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

Eisdemque modo conce- ditur usum Ecclesie S. Pantaleonis sine praedictis illius Re- toris.

§.2. Nos, ut Praepositi, & Clerici, ac dictarum Scholarum Scholares piis eorum exercitiis, suo tempore faciendis, melius, & facilius vacare possint, providere volentes, supplicationibus dilecti filii Alexandri Bernardini dictae Congregationis Praepositi generalis, Nobis super hoc humiliter porrectis, inclinati: perpetuo usum Ecclesiae Parochialis S. Pantaleonis, quae e regione dictarum Scholarum Piarum in Urbe existit, Praeposito, & Clericis praedictis, sine tamen moderni, & pro tempore existentis dictae Ecclesiae Rectoris, ac cujusquam praedicti, & dummodo ad id dilecti filii nostri Oloardi Sancti Eustachii Diaconi Cardinalis Farnesii nuncupati expressus accedat assensus, dicta auctoritate tenore praesentium perpetuo concedimus, & assignamus.

Supra his molestari prohibet.

§.3. Decernentes, Praepositi, & Clericos praedictos, desuper a quocumque, quavis auctoritate quomodolibet indebite molestari nullatenus posse.

Contrariis derogat.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 23. Junii 1614. An. X.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 23. Junii 1614. Pontificatus Nostri Anno X.

C.I.

Contra Maleficos, & Sortilegos cum Diabolo pactum facientes, a fideque apostatando alios ledentes.

De hac materia habes Const. I. Innocentii Octavi Summis. Tom. III. Par. II. fol. 191. Leon. X. Const. XLVIII. Honestis. ibid. fol. 499. Hadriani VI. Const. VI. Dudum Tom. IV. Par. I. fol. 16. Sixti V. Const. XXVI. Coeli. Tom. IV. Par. IV. fol. 176.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Omnipotentis Dei Salvatoris nostri, qui, ut hominem a laqueis Diaboli liberare, Crucem subire dignatus est, vices, quamquam immeriti, gerentes in terris, in id summo studio, juxta creditum Nobis desuper apostolicae servitatis officium, incubimus, ut gregem dominicum, inestimabili pretio redemptum, adversus Sathanae fraudes defendamus, ejusdem officii partes desuper interponendo, prout conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

Maleficos, & Sortilegos, de quibus in rubrica, detestatur.

§.1. Sane nonnulli suae conditionis obliqui, & solempnis sponsonis ab iis factae, cum in Christi gregem per sacrum regenerationis lavacrum adsciti fuerunt, Sathanae, cui renunciarunt, artibus, maleficis, superstitionibus, ac nefariis inventis operam dare non verentur, quinimo magistrum imitantes, qui capitali odio, quo humanum genus prosequitur, hominibus insidari numquam cessat, proximum variis modis ledere, animas vero suas perdere non timeant.

Gravissimas eis poenas infligit.

§.2. Quapropter, ut tam exitiosa scelera a Christifidelibus arceantur, gravioribus poenis vindicanda duximus. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque apostolica potestate plenitudine, tenore praesentium decernimus, praecipimus, & mandamus, ut constito, quod aliquis pactum cum Diabolo fecerit, & a fide apostatando, maleficiis, siue sortilegiis unam, seu plures personas ita laeserit, ut ex maleficio, vel sortilegio mors sequuta sit, etiam pro primo lapsu, Curiae seculari tradatur, debitis poenis puniendus; Qui vero similiter apostatando, pactum cum Diabolo, ut praefertur, fecerit, & maleficium, seu sortilegium commiserit, ex quo licet mors sequuta non sit, infirmitas tamen, divortia, impotentia generandi, siue animalibus, frugibus, vel aliis fructibus damnum notabile provenierit, muro claudi, siue perpetuis carceribus, in Sancto Inquisitionis officio, ubi illud existit, fabricandis, mancipari debeat.

Delinquentes istas Episcopo, vel Inquisitioni denunciantur mandata. Contraria tollit.

§.3. Qui vero similibus delinquentium notitiam habuerint, eos Episcopo, siue Inquisitioni denunciare teneantur.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque.



pro tempore obtinentis sustentatione omnia, & singula primordiale Ecclesie fructus, redditus, proventus, bona, & alia emolumenta quacumque, (non tamen ex exercitio curae animarum, quae pro tempore existentem Ecclesie primordiale Ecclesie vicinioris, ad quam animarum curam praedictam transferri contigerit, Rectorem, seu superiorem pro cura sic transferenda spectare debeant, provenientia, & exceptis domo, & cameris Rectoralibus praedictis, quae sub huiusmodi applicatione comprehendendi non debeant, praevia illorum a primordiale Ecclesia, quatenus opus sit, dismembratione) auctoritate, & tenore praemissis, perpetuo applicamus, & appropriamus.

Has literas perpetuo validas, & efficaces esse decernimus.

§.14. Decernentes praesentes literas semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut Cancellariae Apostolicae regulis, unionum effectuum suum non fortitarum revocatoris, aut alii contrariis dispositionibus per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, quomodolibet concessis, ac imposterum concedendis, comprehendendi, sed semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & eum, in quo antea quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, ac de novo sub quacumque posteriori data per Governatorem, & Confratres praefatos pro tempore existentes quomodocumque eligenda, concessas esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

Sicque per quoscumque Iudices definituri debere mandari.

§.15. Sicque per quoscumque Iudices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, & etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, distaque Sedis Nuncios iudicari, & definituri debere: irritum quoque, & inane, quicquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Obstantia removeret.

§.16. Non obstantibus praemissis, ac Lateranen. Concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a iure praemissis fieri prohiben., ac Apostolicis, necnon in Provincialibus, synodalibus, universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Urbis, & Confraternitatis praedictarum iuramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus contrariis quibuscumque.

Decretumque penale super addit.

§.17. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae abdicationis, separationis, dismembrationis, translationis, suspensionis, extinctionis, concessionis assignationis, erectionis, institutionis, applicationis, approbationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli

Apostolorum eius se noverit incursum.

Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo tertio, decimo tertio Kal. Aprilis Pontificatus nostri Anno III.

Dat. die 10. Martii 1623. An.III.

CIII.

Jurisdictiones, & facultates Scipionis Cardinalis Burghesii, aliorumque pro tempore Card. Protectorum Hospitalis Pauperum Dementium de Urbe, causas cognoscendi; necnon Officialium, & Ministrorum suorum.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX inuncto Nobis desuper apostolicae servitutis officio, votis, per quae priorum locorum quorumlibet, praesertim in Alma Urbe nostra institutorum utilitatibus, & commodis consulitur, libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

Exordium.

§.1. Volentes itaque, ne dilecti filii Administratores, & alii Officiales Hospitalis Pauperum Dementium de Urbe per diversa Tribunalia litigare cogantur, providere, ipsosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequen., harum serie absolven., & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati; Omnes, & singulas lites, quaestiones, causas, & controversias, tam civiles, criminales, prophanas, spirituales, meras, & mixtas, inter Hospitalia praedicta, seu illius Administratores, & Officiales huiusmodi, ipsosque dementes, seu quemcumque eorum ex una, & quascumque alias personas, cujuscumque gradus, dignitatis, ordinis, conditionis, & praesentiae existen., seu Universitates, Societates, Congregationes, & Monasteria, aut alia loca pia ex altera partibus, coram quibusvis Iudicibus ordinariis, & extraordinariis, etiam delegatis, & S. R. E. Card., ac Cam. Apostolicae Generali Auditore, Praesidentibus, & Clericis, necnon Vicario, Governatore, & Senatore Urbis praedictae, illorumque Locatenen., hoc usque motas, & pendentes de, & super statu, & bonis Hospitalis, & Dementium praedictorum, necnon quibuscumque aliis rebus, juribus, & actionibus, ac Hospitalia praedicta, illiusque Administratores, & Officiales praedictos, tam conjunctim, quam divisim, ac tam active, quam passive spectan., & pertinen. in quacumque instantia, in statu, & terminis, in quibus reperiuntur, ad Nos advocates, illas omnes

Deputatio Card. pro tempore Protectoris Hospitalis Dementium in Urbe, & suorumque Officialium causas quascumque civiles, criminales, & mixtas summarie & cognoscendi.

omnes, & singulas, necnon quas in futurum moveri de novo contigerit, tam active, quam passive, cum omnibus, & singulis suis incidentibus, dependen., emergent., annexis, & connexis, totoque negotio principali dilecto filio nostro Scipionit. S. Chrysogoni presbyt. Card. Burghesio nuncupato, moderno, & pro tempore existenti Hospitalis, & Dementium praedictorum apud Nos, & Sedem Apost. Protectori summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu, & figura iudicii, sola facti veritate inspecta, & quatenus opus sit, executive, & manu regia absque terminis substantiabilibus, ac alicujus telae iudicialia observatione, quacumque appellatione remota, etiam frivola, audiendas, cognoscendas, deciden., & sine debito terminan., committimus, & cum potestate citandi, ac in Romana Curia, & extra eam per edictum publicum, confitto summarie de non tuto accessu, ac quibusvis inhibendum fuerit, inhibendi, etiam sub censuris, & poenis ecclesiasticis, atque etiam pecuniariis, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, & super quibus plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem eidem Scipioni Cardinali moderno, & pro tempore existenti Protectori huiusmodi concedimus.

Derogatio contrariorum

§.2. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam iuramento, confirmatione, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, usibus, styliis, reformationibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenoribus praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 1. Aprilis 1623. An.III.

Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die 1. Aprilis 1623. Pontificatus Nostri Anno III.

CIV.

Extensio, & nova concessio privilegiorum Cappellanis Romani Pontificis concessorum pro Cappellanis huius Pontificis.

GREGORIUS PAPA XV.

Ad futuram rei memoriam.

Causae huius Constituit.

GRata familiaritatis obsequia, quae dilecti filii Carolus Antonius Vacarius Bononien., Caesar Ferrarinus etiam Bononien., Joannes Bernardinus similiter Bono-

nien., Simon Fabrius Nucerin., Joan. Franciscus Sangiorgius Casalen., Faustus Polius Spoletan., Robertus Pavonius etiam Spoletan., Fabritius Badefius Romanus, Claudius Thomaeus Verulanus, & Paulus Majus Cephaluden. respective Civitatum, & Dioecesium modernorum Cappellae nostrae Pontificiae Cappellani Nobis, & Apostolicae Sedi haecenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, necnon vitae, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus eorum personas, tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniiis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Gregor. XIV. edidit Constit. qua concessit Cappellanis multa privilegia, & indulgentia ut hic.

§.1. Alias siquidem a fel. rec. Gregorio XIV. praedecessore nostro emanarunt Litterae tenoris subsequentes, videlicet: Gregorius Papa XIV. Ad perpetuam rei memoriam. Circumspecta Romani Pontificis gratiarum dispensatoris providentia singulorum merita debita meditatione considerans, illos, prout aequum est, potioribus favoribus, & gratiis efficaciter prosequitur, & condignis honoribus attollit, quos sibi devotos, & obsequiosos, & amplioribus agnoscat meritis adjuvari. Ut quamprimum ante hac Romani Pontifices intimos Cappellanos, & familiares suos privilegiis, & muneribus apostolicis, uti temporum, & personarum conditio tulit, in primis honestarunt, ita Nos ad praecipua virtutum merita, necnon erga Nos, & Romanam Ecclesiam devotionis affectum, ac grata familiaritatis obsequia, quae infrascripti Cappellani, qui familiares, ac continui commensales nostri existunt, Nobis haecenus impenderunt, & adhuc sollicitis studiis impendere non desistunt, & quae in nostro, ac Sedis Apostolicae conspectu, & familiari experientia, ac fama laudabilis commendatione clare dignoscuntur, debitum respectum habentes, ac propterea personas eorum condigni favoris gratia, & specialis honoris, ac excellentiae dignitatis titulo sublimare volentes, ac dilectos filios Petrum Fulvium Romanum J. U. D., Petrum Mariam Anselmum Cremonen., Petrum Antonium Poggiolum Mutinen., Thomam Oldoinum Cremonen., Benedictum Giorgescum Burgi S. Sepulchri J. U. D., Faustinum Fachinettum Patavinum, Cornelium Cantarinum Fanen., Jo. Baptistam Fortunam Forosempronien., Jacobum Mitium Baren., Nicolaum Farmianum Ferrarinen., Caesarem Gorum de Setia Terracinen., & Bernardinum Salvaranum Regien. respective Civitatum, & Dioecesium Cappellanos, ac familiares continuos commensales nostros, eorum meritis, & obsequiis sic exigentibus, condignis honoribus, & gratiis, ac favoribus prosequi cupientes, ipsosque, & eorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum praesentium, dum-